ciam cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti do
lum. Dilexisti maliciam sup benignitatem: iniquitatem
magis loqui quam equitatem. Dilexisti omnia verba p̄=
cipitationis lingua dolosa. Audi iam penam post impū=
gnationē Sequitur enim. Propterea deus destruet te in
finem: euellet te & emigrabit te (scilicet faciet te exire cū
adhuc libenter et voluptuose immorari velles) de taberna
culo tuo (possessione tua: de omnibus predijs et diuitijs
tuis) et radicem tuam de terra viuentium.

Aphorismus decim' quartus

h Ec pensa tu miser et infelix huius mundi garru=
lator detractor et linguose: et qui non cessas pro=
ximum tuum dolo circumuenire lingua macu=
lare. Cessa modo et amplectere silētium quod (vt iam ha=
buisti) summe necessarium est viro christiano. Pone cu=
stodiam ori tuo: ac hostium circūstantie labijs tuis. Impo p̄. 104
ne frenum lingue tue ne loquatur dolum / mendacium
detractionem / ne sit magniloqua et iactantijs maculata.
Ama parum loqui. Quia in multiloquio vix peccatum
vel mendacium deerit. Ideo sancti patres regularis puer.
io.

vite institutores tam diligenter attēdētes pericula lingue silentium preceperunt iniunxerūt cōmendauerūt et fratres suos ad amplectendum ipsum sedulo hortati sunt veluti cernis in scriptis sancti basilij: benedicti: cesarij: augustini et aliorum: et quam necessarium sit silentium beat⁹ bernardus in pluribus locis explicat.

Aphorism⁹ decim⁹ quintus

n Ecesse est autem nobis insuper vt non solum verbo vel nomine xp̄iani simus: sed etiam operibus professionem nostrā ac religionem christianam concernentibus ne mortua in nobis sit fides: ne inutilis sit nobis ad felicitatem: ne occasio profundioris et grauioris dampnationis insuper vt non solum ore loquamur de deo et eius mandatis: sed etiam toto corde diligamus et operibus eius mandata efficiamus. Et quanto maiorē scientiam et intelligentiam mandatorū dominī: scripturarum sanctarum: ceterorumq; donorum intellectualiu; accepimus tanto maiorem et grauiorem rationem ad iudicium tracti dare cogemur grauioribusq; penis adiudicabimur si neglexerimus ipsis bene vti et secundū ea vitā mores et actus nostros regulare et deo gratiari. Crescentibus enim donis crescunt et rationes donorum &c. De quibus audi regiū propbetam mansuetum Dauid.

Aphorismorũ cõpũctiõis



Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum : & in via peccarorum non stetit: et in cathedra p estilentie non sedit. Sed ĩ lege domini volũtas eius: & in lege eius meditabitur die ac nocte &c. Quoniã nouit dñs viam iustorꝝ et iter impiorũ peribit. p̃s. i. Et in alio loco. Voce mea ad dominũ clamaui et exaudiuit me de monte sancto suo. Ego dormiui et soporatus sum: et exurrexi : quia dominuu suscepit me. Psal. iij.

It dauid rex & ꝓpheta. Peccatori aũt dixit: quare p̃s. 49
a tu enarras iusticias meas & assumis testamentũ
meum ꝑ os tuũ. Tu vero odisti disciplinã (vitam

doctrine & scientie non cõformãdo) & proiecisti sermones meos retrorsum (ipsos minime obseruando et attendendo) Si videbas furem cucurristi cum eo et cum adulteris portionem tuam ponebas (quorum mala magis secutus es) os tuum habundauit malicia / et lingua tua cõcinnebat dolos. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris / & aduersus filium matris tue ponebas scandalũ. Et qd' sequitur aduerte. Hec fecisti et tacui / existimasti vtiq; q' ero tui similis. Ecce penam post impugnationem. Arguam te (scilicet in furore meo) et statuam contra faciem tuam (scilicet ad iudicium te trahendo post longam patientiam quam tecum habui) post multas vocatõnes et exhortationes quas tibi misi. Subiungit. Intelligite hec qui obliuiscimini deum: nequando rapiat / et nõ sit qui eripiat

r Apiat quidem ad iudicium per mortem inopinatam siue penitentiã / & iusto suo iudicio eternis tormentis adiudicet: a quibus postea nullus eripi potest domino sic valente. Intelligite igitur hec qui hunc infelicem mundum diligitis / et de deo modicũ cogitatis: et cauete vobis.

Aphorismus decimussextus.

n Otate hoc o miseri filij huius mũdi. Pensate singula sancti spiritus verba viuete in timore dei & dilectione proximi. Ne arguamini a deo excelso et glorioso: qui ẽ terribilis fortis atq; magnus / cui nemo potest resistere / a cuius facie nullus potest se obscondere

ne moriamini (cum statuentnr aduersus vos in iudicio omnia delicta vestra accusantia vos ac more molis grauissime collis vestris appensa) audire sententiam eterne damnationis. O prudenter agite: et ad dei (cum iaȝ viuitis) misericordiam celeriter droperare.

Ex gratia domini nostri iesu Cristi qui propter hominem factus est homo in fine temporum et defectos nostros portauit factus patri obediens vsq; ad mortem: et eius humilime matris Marie Finit tertia particula.

Sequitur extremum iudicium de quo quis fidelis debet considerare.

Particula Quarta



SVRGITE MORTVI VENITE AD IVDICIV.

De reprobis in finali iudicio: dicit ipsa veritas que mẽtiri non potest. Ibunt hi in supplicium eternum. Vel aliter. Discedite a me maledicti in ignem eternum: qui paratus est diabolo et angelis eius. Mathei. xxv. De iustis autem dicit. Ibunt hi in vitam eternam. Mathei. xxv. vel aliter. Venite benedicti patris mei: percipite regnum vobis paratum ab origine mundi. Mathei. xxv.

In nomie dei excelsi et gloriosi / qui in numero pondere et mensura cuncta ordinauit / et disposuit / apud quem est fortitudo / cuius ire resistere nemo põt: sub quo curuãtur qui portant orbem cui mille milia assistunt angelorum: et decies cẽtena milia ministrant: cuius immensa est et inuestigabilis misericordia promissionis eius: qui vult omnes homines saluos fieri. s. quantũ est ex parte ipsius.

Incipit quarta particula aphorismorũ cõpũctõis.

Quarta particula continet aphorismos a consideratione rerum dependentes que hominem terrere solent / sicuti extremum iudicium / tormenta infernalia: et ponuntur ibi consideratõnes vtiles summarie de predictis. Continet etiam aphorismos de gaudijs eterne vite hominem inuitantibus: ac allicientibus vt penitentiam agat: vt si pene ac tormenta eterna multiplicia nõ terrent saltem tanta gaudia alliciant: et sic penitentiam inducant.

O vtinā homīes hu⁹nau fragi seculi.

- Saperet̄ p̄terita
  - Temporis amiſſiōꝫ
  - malorum cōmiſſionem
  - bonorū omiſſioneꝫ
- Intelligeret̄ Tria p̄ntia
  - Vite breuitatem
  - ſaluādi difficultatē
  - ſaluādoꝝ paucitatē
- Nouiſſima ꝓuideret̄ Futura
  - Mortē q̄ nihil terribilius
  - iudiciū extremū q̄ nihil horribilius
  - eternū ſuppliciū q̄ nihil intollerabili⁹

Aphoriſmus ſecundus.

v Trinam ergo o miſer homo ſaperes que dei ſunt intelligeres que mundi ſunt. ꝓuideres que inferni ſunt. profecto hoc ſic prudenter faciendo deū timeres. Superna appeteres / mūdū cōtēpneres & īfernū horreres. Stult⁹ es q̄ hec ignoras: & ea nō cōſideras diligētiſſima et quotidiana conſideratione.

Aphoriſmus terti⁹.

a Peri igit̄ oculos īteriores tuos: et vide bn̄ ac circūſpice: q̄a opus ē valde p̄uiſiōe: plura p̄icula minātur tibi: tēpus breue ē: & appropinquat oī hora dies mortis q̄ ſp minat̄ tibi: hoſtis calidiſſim⁹ (vt ſup̄ meminim⁹) inſidiatur tibi & conat̄ totis virib⁹ tᵉ ſperātē adhuc diu viuere interq; tot ſeculi p̄icul̄ fluctuātē ope inopinate & īdiſpoſite mortis ducere ad eternum ſuppliciū. Vide ergo ne ſis negligens. Redi ad cor.

Aphorismorū cōpunctiōis

Aphorismus quartus.

Nimaduerte igit̄: vt pericula insidiatoris tanti e-
a uadas ea que animū tuum retrahere possunt a di
lectione huius naufragi seculi cui⁹ diabolus ho-
stis ipse tuus pniciōsissimus est: rex caput et dominus & ī
primis considera dampnatorum multitudinē. Saluando
rum paucitatem. Tuorū peccatorū grauitatē. Bonorum
omissionem. Temporis acceptabilis / amissionē / dilapi-
dationem / et perditiōem. Pensa deniq3 gehenne penam
ac eternum suppliciū. Vitam quoq3 eternam (vt supra di
ximus) qua nihil gloriosius.

Aphorismus quintus.

a. Ttende quā angusta porta pnīe vel caritatis quā Mat.
artavia iusticie q̄ ducit advitā et quā pauci sūt q ī 7.
ueniūt eā. Pauci enī sūt q q̄rūt: pauciores q īueniūt. Pau
cissimi q pueniūt. Itē pauci īueniūt pauciores, p eā ītrare
cōtēdūt. Nemo enī intrat sine labore & sine aīe puritate.
Ex p̄missis igit̄ mlt̄itudo reproboꝝ electorumq3 pauci-
tas comprobatur.

Aphorismus sextus.

n. Ota bn̄ iudiciū horribilissimū. Ibi enī sup̄ erit iu
dex iratus, subt⁹ patēs īfern⁹, ītus cōsciētia remor
dēs. Extra vero mūd⁹ vndiq3 ardēs. a dextris erūt pctā ac-
cusātia, a sinistris īfinita demōia terrētia & sn̄īam iusti &
irati iudicis expectantia. Vbi latere erit impossibile /
apparere autem intollerabile. Ibi nulla excusandi defen-
dendi / vel subterfugiendi patebit semita sed recipiet
vnusquisq3 ex irati / & strictissimi iudicis sententia /

ſecundum merita ſua. Quotidie hunc tecū aphoriſmū reuolue.

Aphoriſmus ſeptimus

i N tuere penam reproborum que erit varia acerba et eterna. Ibi erit calor ignis intenſiſſimus: ac rigor frigoris gelidiſſimi ſtridor denitum fletus et vllulatus perpetui. Ita ꝙ infeliciſſimi damnati de pena in penam de tormenta in tormentum trahentur contrarium. Item erunt illic lacrime interiores. Aſpectus demonū clamor et in properium. Mallei percutientium ſerpētes et dracones inceſſanter: Ignis ſulphur. pix pars calicis
p̄s.10 eorum. ibi erit vermis cōſcientie /timor / dolor /et pudor Priuatio omnis glorie et lucis /confuſio peccatorum oībus patentium. ablatio omnis ſpei et ſalutis in eternum.

Aphoriſmus octauus.

r Euolue in animo gloriam beatorū quorum animabus aderit cognitio pure veritatis atꝗ dilectio ſūme bonitatis. Diuine quoꝗ fruitio maieſtatis erit & corporibus excellens pulchritudo claritatis. Agilitatis promptitudo ſubtilitatis aptitudo /et impaſſibilitatis inuictiſſima fortitudo. Quicquid etiam cor hominis
Eſaie excogitare: aut animus appetere poterit pleniſſime illic ī
64. uenietur /et multo ameniora et feliciora que oculus non i.cor:
vidit. auris nō audiuit: nec in cor hominis aſcendit. 2.

Aphoriſmus nonus.

m Editare ſedulo ꝙ ſeptem ſunt de eſſe hominis. ſ. materia vilis: que ē ſperma. operatio turpis: q̄ eſt coitus. generatio flebilis ſtatus inſtabilis. Mors

tristabilis. Dissolutio miserabilis. Dampnatioq3 detestabilis que affert priuationem glorie ineffabilis. Et illa dāpnatio attinet hominibus pñtem vitā diligētibus / penitentiam negligentibus: et sic sine caritate morientibus.

Aphorismus decimus

c Onsidera q tu talis tāteq3 vilitatis / tam enormiter / grauiter / ac multipliciter deū creatorē & redemptorē tuū peccando mortaliter: et tam neqter offendisti. Et q vnum solū peccatum mortale (nisi digne peniteatur) vigore iusticie dei tibi sufficit ad damnationem. Et q nullum malum impunitum manebit etiam minimum verbum ociosum: quia non exibis donec nouissimum reddes quadrantem Mat. 12. Mat. 18.

Aphorismus vndecimus.

p Erpende q iustus vix saluabitur: quia omnis iusticie nostre quasi pannus mēstruate impius & peccator vbi parebunt: et q ad bene vereq3 confitendum & delendum peccata requiritur possibilis maxima diligentia / deuotio / cōpunctio / et contritio: & q fūdata sit in caritate sine qua nulli adulto remittit peccatū. ymo contritus potius deberet velle subire mortē temporalem quā peccare mortaliter et mori perpetua morte / ꝑ ut caritas requirit. i. Pe. 4.

Aphorismus duodecimus.

c Ogita vt supra dictū est sepe mortem incertissimam vitam breuissimam / horam mortis inopinatissimam / et q nescis quando / vbi / qualiter / aut qua morte moriturus es: stas ergo in continuo timo

re plurium / & nescis que nam mors inter tot tibi minan-
tes mortes eueniat / nescis etiam pro certo quo post mor
tem iturus es. Et cogita q post mortē citiꝰ sniam ppetuo
immutabilē & absq retractōe infallabiliter receptur' es

Aphorismus tredecimus..

p Ondera difficultatem penitentie finalis propter
inherentem / iminentem / et extreme vrgentem:
timorē et dolorē. Pntia autē liberū a dolore extre
mo vellet animū habere sibi intētem nō distractū. Qua-
re sanctissimi patres seram penitentiam raro verā dixere
et q inter multa milia hominum qui hic dum robusti et
sani sunt: ac in animo liberi contempnūt et paruipendūt
penitere vix vnus in fine vite sue iam circundatus angu
stijs et necessitatibus mortis: iam animo per dolorem af-
flicto et distracto vere penitebit. Et pondera q post mor-
tem penitus infructuosa ē penitentia. Age igitur vt mo-
do peniteas in vita & sanitate. Ambula dum lucem ha-
bes. Vigila diligētissime: quia nescis qua hora vocaberis. Io. 12.

Aphorismus decimꝰ quartus Mat. 25

v Ide igitur o miser peccator: vt hic in psenti: vicq vi-
ta peniteas vt nequaquam differas. Ingratitudi-
nis enim sūme est & ire dei īcitatio maxima pos-
se ad dominum redire per penitentiā post lapsum ac ha-
bere tempus gratie sufficiens. Atq spacium ceteraq ne-
cessaria / et cum illa omnia negligere / ocio preterire / pui
pendere / cōtempnere / et minime curare: sic enim dei bo
nitas & infinita clementia paruipenditur / preteritur nō

curatur ac spernitur& (vt ita dicam) pre oculis iacens spõte se offerens non reputatur / non acceptatur / nõ leuatur Quare timendum est ꝙ dominus deus sepe permittat iusto eius iudicio tantis imminentis infirmitatis dolorib⁹ et mortis terribilissime anxietatibus peccatorem ingratũ & negligentem / quando posset redire / torqueri et affici ꝙ propter tot anxietates atq; dolores mentis et corporis qui animum hominis ligant / capiunt / attrahunt / et aduocatione a caritate procedente vel in ea fundata ex qua emanat. Vera contritio: prohibent ꝙ dignos fructus penitentie consequi & efficere minime valeat. Non enim omnis qui dicit domine domine intrabit regnum celorum. Exemplum capias de decem virginibus / que omnes erant virgines / quinq; tamen prudentes in tempore aptantes lampades suas / et incendentes semperq; vigilãtes expectantes domini ac sponsi aduentum intrauerunt cum sponso. Quinq; alie negligentes sperantes adhuc sufficiens habere tempus excluse remanserunt: quamq; pulsarent: quamuis clamarent: quãuis maximis doloribus dolerent: quãuis dicerent domine aperi nobis. Vigilate itaq; dicit dominus / ambulate dum lucem habetis: querite dominum dum inueniri potest: quia difficile est penitentem: vt supra diximus: dum instat tempus mortis. Dum dolor ĩfirmitatis affligit: ac metus cor hominis vndiq; circundat.

Lu. Mat. Mat. 25. Io. 12. Esaie 55.

Aphorismus quindecim⁹.

d Icere enim fructuose domine miserere mei vl aperi mihi reqrit gratiã & deuotõ aliquã fũdatam in caritate & dilectõe dei / quod raro cõcedit

hominibus ita tardantibus et differentibus vsq in finem vite/negligentibus dum possent/ꝑuipendentibus aut ex inaduertentia non orantibus se disponere ad gratiam et penitentiam: dum tempus acceptabile habent. Tolle moras. noli tardare ꝑiculum eternũ est in mora.

Aphorismus decimussextus.

d Ominus deus uoster pius et misericors ꝗ quãtũ in se ẽ: omnes vult saluos fieri: facit ꝙ in se est lar giẽdo gratiose liberalissime gratis & paterne ex immensa bonitate & benignitate sua omnia saluti necessaria cõmittens reliquũ arbitrio nostro statuens ante faciem nostram ignem et aquã quodcũq voluerimus poterimus eligere libere. Nostrũ ergo erit facere quod in nobis est. Voluntatẽ nostrã eius voluntati confirmando: ac eius gratie adaptando & ad eã disponendo bona sc3 opa faciendo ipsũ & proximũ diligendo de omissis & cõmissis dolendo: & obicem non ponendo eius graue. Si enĩ vis trahi: fac vt traharis. Cum enim sol cameram meam non illuminat: hoc non est ex parte solis non illuminantis: sed ex parte mei fenestram nõ aperiẽtis aut saltẽ claudentis. Nota hoc et fac semꝑ quod in te est et dispone te ad gratiã: et noli ponere obicem aut eam susceptam ĩgratissime expellere. Quia sola voluntas tua dampnat te si damnaberis.

Aphorismus decim⁹ septimus

p Erpende o miser homo qualis eris in die iudicij dei et angelorũ eius cõspectibus presentandus/ quãdo opa tua ante oculos tuos ponenda nequaquã a te recedent: ac si apte velint dicere: tu nos fecisti: fru

ctus tui sumus:a te minime recedemus: sequamur te q̊cunqꝫ ieris donec ad iustissimum iudicez venies receptu rus ex nobis mercedem. Stabimus enim ante faciem tuā in iudicio:ac cōtra te testimōiū p̄stabim⁹ Qualis erit tūc confusio cui contigerit ꝓ peccatis suis in cōspectu dei om niūqꝫ homini & āgelorū erubescere. Qui pauor erit eū iratum videre q̄ꝫ placatum non valet vniuersitas entium comprehendere.

Aphorismus decim⁹ octauus:

i Llum ergo diem timeas semꝑ o homo quē euitare nullatenus potes. Illū diem iugiter pauesco et actus tuos reuoca: et antequā ad iudicium voceris in presenti vita gratie emenda preterita mala & sta in bono proposito vitandi peccata et occasiōes eorum et para te omni hora.ac dispone vt in die illa tremenda securus et letus sine omni confusione apparere valeas.

v T autem de tali iudicio habeas modum cogitandi ac timorem tibi incutiendi sequentes diligenter lege aphprismos ex doctrina beatissimi ac diui aurelij augustini:ac ceterorum orthodoxe fidei patrū excerptos.

Aphorismus decim⁹ nonus.

c Onsidera igitur o infelix peccator qui terror ī illa die erit cum dominus de celo ad iudicandum venerit/qui metus erit deū iratū videre ad cuius aduētum vniuersa elementa quaciuntur et celum & terra contremiscunt virtutesqꝫ celorū cōmouebunt. Tunc nimirū precinentibus angelorū tubis omnes gentes q̄ sub celo fuerunt/et omnis homo tā viri quā femine ī eo

sexu vnusquisq; quo natus fuerit in mundo boni & ma
li sancti et peccatores vel quacunq; ab initio nati & mor
tui fuerunt siue a bestijs deuorati: siue ab igne cõsumpti
siue etiã ab aquis absorpti omnes simul in momẽto tem
poris / in ictu oculi resurgent. In ipsis sine dubio corpori
bus: ac in ipa carne quã hic habuerunt: scilicet in virum
perfectum in mensuraʒ etatis plenitudinis xpi in qua &
ipse dominus resurrexit a mortuis. Et omnes ante iudici
um venient pariter electi et reprobi.

Aphorismus vicesimus

t Vnc videbunt filiũ hominis veniẽtem ĩ nubib⁹ Lu. 21
celi cũ virtute magna & potestate, stiparũ agmi-
nibus angelorum & cõgregabũtur ante eũ om- Mat.
nes tribus terre: & sepabunt eos abinuicẽ sicut pastor se- 25.
gregat oues ab hedis & statuet quidẽ iustos a dextris. Im
pios autẽ a sinistris / tunc dicet ad eos qui ad dextris erũt.
Mat. Venite benedicti patris mei possidete: paratum vobis re
25. gnum a constitutõe mũdi. Esuriui & dedistis mihi man
ducare. Sitiui & et dedistis mihi potũ et cetera que ĩ euã-
gelio plenius conspiciuntur.

Aphorismus vicesim⁹ prim⁹

t Vnc omnibus aspicientibus ostẽdet liuores figu
rasq; clauoruʒ. In ipso sine dubio corpore quod
pro nostris peccatis vulneratum est: et ita pctõrẽ
alloquẽs dicet. Ego te o hõ de terre limo manib⁹ meis for
maui & ĩ paradisũ meũ quẽ nõ merebaris collocaui sʒ tu
me meaq; iussa cõtẽpnẽs deceptorẽ seq maluisti. Et iusta
pena dampnatus inferni supplicijs deputatus eras.

Aphorismus vicesimussecū.

p Ostea misertus tui carnem assumpsi in terris inter peccatores habitaui cōtumelias / et verbera ꝓ te sustinui: vt te eriperem colaphos alapas et sputa suscepi: vt tibi dulcedinem paradisi redderem: acetū cū felle bibi: ꝓpter te vepribus coronatus: crucifixus lancea vulneratus sum: et mortuus in sepulchro positus sū. Ad inferna descendi: vt te ad paradisum reducerem. Tartara adij: vt tu in celo regnares.

Aphorismus vicesimustertí.

a Gnosce īpietas humana que pro te pertuli / ecce liuores quos ꝓ te suscepi. Ecce clauorum foramina quibus affixus in cruce pependi. Suscepi dolores tuos: vt te saluarē. Suscepi penam: vt tibi gloriaꝫ darem. Suscepi mortem vt tu viueres sine fine. Conditus iacui in sepulchro: vt tu regnares in celo hec omnia pro vobis sustinui: et ampliora horum. Quid vobis facere debui et non feci.

Aphorismus vicesimusquar.

d Icite mihi nunc: et ostendite quid passi estis propter me dominatorem vestrum: vel quid boni egistis pro vobis. Ego cum essem inuisibilis et impassibilis propter vos dignatus sum sponte pati propter vos incarnatus sum. Cum essem diues propter vos egenus factus sum. sed vos humilitatem meam et precepta semper renuentes seductorem magis quam me secuti estis.

Aphorismus vicesimus quitus

q Vare modo non pōt iusticia mea aliud iudicare nisi quod merent opera vestra. Ergo quod ipsi elegistis tenete. Cōtempsistis lucē possidete tenebras quas amastis. Ite in perditionem secuti estis diabolū Ite cum illo in ignem eternū. Et ista erit sententia horribilissima omni gladio acuto penetrabilior.

Aphorismus vicesim⁹ sextus.

q Visputas erit tunc meror: qui luctus, que tristicia: que angustia cum hec fuerit aduersus impios prolata sententia. Tunc erit malis dura seperatio a dulcedine consortij sanctorū. Et tunc impij traditi ī potestatē demonum ibunt in ipsis corporibus suis cū diabolis in suppliciū eternum et permanebunt sine fine in supplicio, luctu et gemitu, procul quippe exultati a beata paradisi patria cruciabuntur in gehēna perpetua. Nūquā lucē visuri, nunquā refrigeriū adepturi: sed per mille miliū annorū in inferno cruciandi nec inde in secula liberandi. Vbi nec qui torquet aliquando fatigatur: nec qui torquetur aliqn̄ morietur. Sic enim ignis ibi consummit vt semꝑ reseruetur. Sic tormēta augunt: vt semꝑ renouēt Iuxta qualitatē vero culpe: penā vnusquisqꝫ sustinebit gehenne et similis culpe rei suis similibus iungunt cruciandi. Non erit ibi aliud nisi planctus et fletus atqꝫ stridores dentium. Nec ibi erit aliud consolamētum: nisi flamme & terrores penarum ardebuntqꝫ miseri in igne eterno sēper et in secula seculorum.

Mat. 25.

Aphorism⁹ vicesim⁹ septimus

i Vsti autẽ ibũt in vitam eternam. In ipsa sine du bio quã hic habuerũt carne & sociabũtur ange lis sanctis in gloria sempiterna nunꝗ̃ iam corru ptionem visuri: sed semper leti ac dulcedine iugiter sacia ti fulgebũt sicut sol in gloria et claritate quã preparauit deus diligentibus se. Et erit tunc quanto quis amplius alio hic obediens deo fuit: tanto ampliorem illic merce dem accipiet. Quantoꝗ̃ quis hic amplius deum amauit: tanto propiorem eum videbit. Mat. 52

v T autẽ plenius accipias de gaudijs beatorum si te pene non terrent: vt sepe supra dictum est sal tem premia alliciant / sequẽtes lege aphorismos a traditione sanctorum patrum collecti.

Aphorismus vicesim⁹ octau⁹.

o Miser homo huius seculi: attentis omnibus que in supioribus particulis tribus aphoristice tradi ta sunt de miseria: fallacia: et infelicitate huius ne quam seculi huius miserrime et transitorie vite tu more prudentis ex omnibus precordijs tuis ama vitam futuri seculi / vitam eternam / vitam beatam / vitam perfectam / vitã inquam stabilem: et sempiterno duraturam. Illic fe stina vbi semper viuas / vbi iam mori nunquam timeas. Si enim sic amas istam vitam miseram fluidamꝗ̃ vbi cũ tanto labore viuis: vbi vix currendo / sattagendo / sudan do / suspirando / necessitatibus corporis satisfacis: quanto magis felix beatitudo amãda ẽ: vbi etiã implebitur istud quod in euangelio dicitur. Erunt homines similes ange lis. Et illud fulgebuut iusti sicut sol in regno patris mei. Mat. 22.

Aphorismus vicesim⁹ nonus

Mat. 13. q Valis putas tunc erit splēdor animarū quādo so
lis habebit claritatem lux corporis. Ibi iam nulla
erit tristicia. Nullus ibi labor. nullus dolor. null9
timor. nulla mors. sed perpetua semper sanitas perseue-
rat. Nulla ibi consurgit maliciam. nulla carnis miseria:
nulla egritudo. nulla omnino necessitas. non erit fames:
non sitis. non frigus. non estus. non lassitudo ieiunij. nō
fatigatio ex laboribus. non tedium ex visione beatifica.
Nec vlla temptatio carnis aut inimici: aut aliorum homi
num molestatio. Non peccandi voluntas. nec delinquē-
di possibilitas. non rancor. non pusillanimitas. non con-
tentio propter perfectam et summam caritatem illic exi-
stentem. Sed totum erit leticia: totum exultatio posside-
bit hominesq; sociati angelis siue vlla carnis infirmitate
vernabunt. Erit ibi iocunditas infinita beatitudo sempi-
terna: quam qui semel adipiscitur semp tenet. Nihil hoc
loco magnificentius. nihil gloriosius. nihil clarius / nihil
pulchrius. nihil verius. nihil illa bonitate sincerius. nihil
illa habundantia copiosius. Ibi non formidabitur fortissi
mus hostis q̄ cupit iugiter hic in hoc seculo animas iugu
lare. nec facies turbulenta tortoris incutiet timorem. Bar-
barorū immanitas: nec vlla vlterius timebitur aduersitas
Nemo in illo loco glorioso indiget vestimento. non est
illic frigus. non estus: nec vlla aeris inequalitas. Nullus
hic tristatur. nullus est ibi peregrinus. Sed omnes qui il-
Esaie 64. luc venire meruerunt securi in proprijs viuent. nec vl-
tra aduersabitur (vt dictum est) caro spiritui sed in enarra
i. cor. 2. bilia cum angelis sempiterna a christo premia tribuētur
que oculus non vadit nec aures audiuit &c.

Aphorismus tricesimus

o Miser huius transitorie vite amator ista diligēter in animo tuo reuolue: et illam vitam appetas / que in eternitate consistit: vbi vita est sine morte. vbi iuuentus sine senectute. vbi lux sine tenebris. vbi gaudium sine tristicia. vbi nobilitas & voluutas sine iniuria. vbi regnum sine commutatione. hec septem future vite dona te saltem alliciant si supradicta tormenta non terrent.

Aphorismus tricesim⁹ prim⁹.

p Ensa igitur ex singulis: si adhuc de illis gaudiis tibi non fecisti consolationem ꝙ deus ipse summum bonum: eterna beatitudo est delicie tue requies tua: sanitas tua: gaudium tuum: felicitas tua: refrigerium tuum: amenitas tua: et quicquid est ꝙ possit desiderare anima tua totum tibi deus erit. Sicut dicitur: et erit deus omnia in omnibus.



Miesrere mei deus scd'm magnā misericordiā tuā. Et scd'm multitudinē miserationū tuarū /dele iniqtatē meā Amplius laua me ab iniqtate mea: et a pctō meo mūda me. p̄s.l.Et in alio loco.Misericordias dn̄i ineternū cātabo. in gn̄atōe et gn̄ationē annūciabo veritatē tuaʒ in ore meo.p̄s.lxxxviij.Et aliter.Deus in noīe tuo saluū me fac & in virtuie tua iudica me.psal.liij.

Euotissimus rex & pphetа dauid: ex spiritu dn̄i
p̄s .35 d supradictis alludit.Ait enī. Filij aūt hoīm in te-
gmine alarū tuarū sperabunt.Inebriabuntur ab
vbertate domus tue & torrēte voluptatis tue potabis eos

Quoniā apud te ē fons vite: & in lumīe tuo videbimus p̄.148
lumē. Exultabūt sancti in glīa letabunt̄ in cubilibus suis
Quā magna multitudo dulcedinis tue dn̄e quā abscon=
disti timētibus te. Exultabimus letabimur & psallemus
laudes tibi. Perfecisti eis qui sperāt in te videbit̄ deus deo
rum in syon. Quā dilecta tabernacula tua domine virtu
tū. Et iusti epulentur & exultent in conspectu dei et dele
ctabunt̄ in leticia. Tormento vero inferni ex prima parti
cula liquent dauitice conscripta.

Aphorismus tricesimꝰ secun.

e Cce tu miser homo qualē beatitudinē pditurus
erit qui mō se (cum licet et sufficiēs tēpus adest)
emēdare noluerit. Idcirco maxime p̄sul et vos
reliq̄ ī xp̄o carissimi mei fratres q̄ mecū hoc mare magnū
& spaciosū: hūc īfelicē mūdū plenū tēpestatibꝰ et pcellꝭ tri
bulationū: & tēptatōnū plenū reptilibꝰ & dracōibꝰ: naui
gatis: Predicta oīa diligenter oculis mētis vestre p̄ponite
ac vltra peccato seruire dedignamini q̄bus tanta beatitu
do p̄paratur in celo. Dū ergo tēpus ē festinemus ppicium
habere dn̄m despiciamus q̄ terrena sunt vt adipiscamur
celestia. Cogitemus pegrinos nos esse in hoc seculo: vt li=
berius festinemꝰ in celos. Velociter enī transeunt & cito
(vt supra dictum est) tanquā vmbra p̄tereunt cuncta que
hic videntur. Non igitur psperitate aliqua huius seculi
inflemur / sed noscamus felicitatem nullā esse / nisi cum
ista vita transierit vitam eternam consequamur.

Aphorismus tredecimus ter.

d Vm igit̄ viuimꝰ & sumus in hac transitoria vita in
vnū opemur manibus qđ bonū ē, id ē elemosynas

& ieiunia in castitate / & hospitalitate egrorũ: et in omnibus bonis operibus: vt p bonã operationem quã agim⁹ ascẽdere valeamus ad mõtẽ dñi. vbi iã nõ solutõe corpis sed incorruptõis induemur veste. vbi iam nõ fetor sed odor suauissimus. vbi iã nõ tenebre sed lux ppetua micat. vbi iã nõ vermiũ multitudo sꝫ caterua angelorũ & innũerabilia milia sanctorũ & pphetarũ oĩm laudabil' numerus ac martirũ cãdidat⁹ exercitus. Cherubinqꝫ q̊ꝫ et seraphin cũ oĩbus sanctis angelis hymnũ deo incessanter canunt. Sctũs. Sctũs. Sctũs. dñs deus sabaoth. Pleni sũt celi & terra maiestatis glĩe tue. Cum ipĩs ergo obseruãdissime presul / tuã reuerẽdissimã paternitatẽ et nos oẽs catholicos in huius labentis seculi milicia cõstitutos eterna gaudia faciat possidere iesus xp̃s bñdictus dei patris & intemerate virgĩs Marie filius. Qui cũ patre et spũsctõ regnat de⁹ vnus etern⁹ viu⁹ verus & oĩpotẽs: cuius nomẽ ẽ bñdictũ & laudabile a solis ortu vsqꝫ ad occasũ: et supexaltatũ ĩ secula seculorũ. Ille idẽ admirabil' de⁹ noster & saluator dignet' in hoc seculo dirigere gressus tuos ĩ via mãdatoꝝ suoꝝ gratiã suã ĩ oĩbus tibi ĩpartiri / oĩm tpe te paterne tueri & defendere: ac opa tua felicitare colẽdissime pater: ac illustris princeps.

Ex gratia clemẽtissimi iesu q ẽ rex regũ / dñs dñantiũ / alpha & o / lux via veritas & vita iudexqꝫ viuoꝝ & mortuoꝝ splẽdor glĩe / ac matris eius benedicte Finit pticula q̃rta aphorismorũ cõpũctõis. Actũqꝫ per magistrũ Iohannem Grüninger ciuis Argẽtiñ. Anno ĩcarnatõis. MCCCCxCVII. Octauo deniqꝫ yduum Ianuarij.

JOHANN (REINHARD) GRÜNINGER

BALDUNG, Hieronymus. Aphorismi compunctionis. 6 January, 1497.

Hain *2270; B.M.C., part I, p. 111.

Printed with roman types, in quarto form, 30 lines to a page. It has 40 leaves; the size of a leaf is 178 × 123 mm., while the text measures 130 × 80 mm. Capital-spaces left, with guide letters. The binding is oak-boards covered with stamped leather; probably an eighteenth-century imitation of a medieval binding.

THE book is divided into four parts — the first consisting of 24, the second of 24, the third of 16, and the fourth of 23 "aphorisms." The first group of these sayings and little homilies deal with things "conducive to compunction, contrition, and conversion"; the second, with those which hamper such conditions of the soul, namely, with "the seeking of sensual pleasures, honors, and other blandishments of the world"; the third are devoted to the rules of self-improvement, showing the ways of virtue; and finally, the fourth group consider matters which "should terrify man," such as the Last Judgment and the terrors of Hell, although depicting also the joys of eternal life.

The author of this little book was a physician and a "count palatine," that is, a member of the Imperial council. He dedicated his work — from his native town of Gemünd and under the date of February 12, 1493 — to Frederick, Bishop of Augsburg. In the dedication he mentions that the book was compiled from the works of St. Jerome, St. Augustine, St. Ambrose, St. Chrysostom, the Venerable Bede, St. Bernard, and others. He did not lay great store by it, except as an expression of his piety, humbly asking the Bishop to accept it and amend it as he saw fit.

More interesting than the contents, however, are the woodcuts of the volume. There are six of these, one repeated five times, which makes the number of the illustrations ten. They were probably made by the same hand that did the woodcuts for Grüninger's 1496 edition of the *Comedies* of Terence, with commentaries by Sebastian Brandt, the great Strassburg humanist. (The Library has a copy of the 1503 edition, containing the same illustrations.) The woodcuts in both have the same characteristics: the shading consists of long parallel lines, straight or curved according to the design, thus acquiring a tonal richness which usually only copper-engravings possess.

The six woodcuts are as follows:

1. The author in prayer. Above him is a streamer with the words, "Posui deum adiutorem meum."
2. Magdalene washing Christ's feet.
3. David in prayer.
4. Dives and Lazarus.
5. The Transfiguration, with Moses and Elias, and three of the disciples.
6. The Last Judgment, with the Virgin and St. John.

It is no. 3 that is printed five times in the volume. No. 1 was reproduced in the *Oratio mordacissima* by Urbanus Prebusinus De Brun in 1498, and in the *Elegentiarum medulla* by Jacobus Wimpfeling, printed about 1500. No. 4 was reprinted in the *Plenarium* of 1498.

Bought in September 1935.